

IN GRAECIA EST SEMPER FESTA!



Inter sacrum et profanum!

Lucia Mattera



FESTA CARNEVALIS

Carnevalis Graecus nuncupatur *Apokries*, id est “recusatio carnis”. Radices huius festae, momenti magnae diversionis, sunt in cultu Dionysi, dei vini et curarum liberationis. In eius initio, pridie Dominicum, canitur “*Triodion*”, id est tres cantus sacri usque ad vesperum ante festam Paschalem. In primis diebus ephemericis tertiae non licet carnem sumere, at solum caseos, ova et lacticinia. Postea, in die festo, hoc est denique licitum, velut ioca, musica et pompae figurarum. In die sequenti, cui nomen est *Kathara Deftera*, id est “Purus Lunae dies”, pueri ludunt aquilone aut pupa e charta (Κυρά Σαρακοστή, alias “Sacra Quaresima”), cui sunt septem crura, paria hebdomadibus usque ad Pascham. Haec singula secantur, enim, in omni hebdomade.



Placida insula Skyros praebet exemplum spectacolare festae

Carnevalis: induunt viri provecta aestate (Γέροι nuncupati) vestem cum amiculo nigro et ovium pelles et campanulas (Γέροι nuncupati).

Cum eis "Koreles" (κορέλες: iuvenes mulieres) in habitu albo conveniunt et iocant usque ad albam. In his diebus coquitur “halva”, dulcis patina e frumento asso, cum saccharo, cynamomo, nucium nucleis, pistachio, necnon petroselino, uva arida et sesamo an seminibus lini.



FESTUM LIBERTATIS



**In quinto vicesimo die omnis mensis Martii agitur Festum Libertatis
e populis aliis, in memoria rebellionis anni 1821, quacum habuit
initium bellum contra Turcorum dominium.**

**Hoc eventum Graece nuncupatur Έορτασμός τῆς Ελληνικῆς ἐπαναστάσης
τοῦ 1821.**

**In hoc eventu in maximis civitatibus coronae deponuntur pro eis qui
vitam amiserunt in Turcomannicis proeliis.**




Colores qui dominant in omni urbe sunt album et caeruleum, iidem qui colorant Graeciae vexillum. Dicitur enim novem lineas albas et caeruleas -symbola maris et sanctitatis- syllabas repraesentare expressionis “Ελευθερία ἢ Θάνατος” (Libertas aut Mors), dum, secundum alios, indicant novem litteras verbi “Ελευθερία”, idest libertas.



Inter heroas Graecae libertatis, audax mulier Laskarina Bouboulina, cui dicatur, praeter picturam relatam, simulacrum in aditu portus Rhodorum, necnon imago in charta argentaria 50 drachmarum.



FESTA PROPHETAES HELIAE



Die decimo secundo ante Kalendas Sextiles, celebratur onomasticum prophetae Helias (in greco *Ηλίας*).

Ut narrat legenda, erat ille quidam nauta, maris periculis defatigatus, inventurus sibi refugium in terra, ab omnibus ignoratus. principio era un marinaio ma, stanco della vita rischiosa di mare.

Itaque cum remo in collem descendit, interrogans obviam viatoribus an scirent quid esset quod in umeris ferebat.

Omnes id remum responderunt quoad invenit virum qui id non cognoscebat. Hic igitur voluit morari, habens pro certo in illo loco ignorari mare.

In omni Grecia, enim, omnes ecclesiae dicatae prophetae in summo monte sunt postea aedificatae.

Helias, praterea, sociatur quoque dei solis *Helios* (similia enim eorum nomina).

VIRGO SERPENTIUM



Septimo decimo die ante Kalendas Septembres, in urbe Cephalonia, fit singolare prodigium: “parvi angues Virginis”.

Serpentes cum nigra cruce in capite, exeunt e petris et intrant in ecclesiam ad benedictionem ...et blanditias; postea remeant in covum silenter, reddituri anno sequenti.

Secundum legenda, agitur de monachis, quae olim habitabant in illis viciniis. Videntes a longe naves piratarum, a Virgini petiverunt ut in angues mutarentur.

Quod enim accidit at mansit crux supræorum caput.




A mense Iulio ad Septembrem in urbe Volos praebetur spectatoribus, studentibus praecipue, exemplar navis Argonautarum, Argos nuncupatae.

Velut mythica Argos, haec navis quoque fabricatur ex abietis quercusque ligno, cum cineri mixto.

In ipsius urbis musaeo, navis custodietur in autumno et hieme.

OXI HEMERA (DIES NEGATIONIS)

Quinto die ante Kalendas Novembres celebratur ‘Dies negationis’, in memoria rebellionis Primi Ministri Ioannis Metaxas ad ingressum, Mussolini iussu, in territorium Graecum exercitus Italorum.



Populus enim in plateam descendit, acclamans ‘ochi’, id est ‘non’. Etiamnunc milites ac discipuli in viis vel in scholis incedunt, ferentes vexillum inter plausus et acclamations.



**Denique, in tempore Carnevalis, viri et mulieres per iocum mutuant
inter se pensa traditionalia:**



